

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diöcese.

Inhalt. I. Epistola encyclica PP. Leonis XIII. de memoria saeculari P. Petri Canisii. — II. Wichtigkeit des christlichen Jugendunterrichtes und Verdienste des seligen Petrus Canisius um denselben. — III. Jahresbericht über den allgemeinen frommen Verein der christlichen Familien zu Ehren der hl. Familie von Nazareth. — IV. Einführung der neuen Katechismen. — V. Erlaß der k. k. Statthalterei, betreffend das Ab sperren der Kirchenthüren während der Abhaltung von gottesdienstlichen Feierlichkeiten. — VI. Weisung, betreffend die Anzeige der minderjährigen unehelichen Kinder an die vormundtschaftlichen Gerichte. — VII. Erlaß der k. k. Statthalterei, betreffend die Todtenscheine belgischer Staatsangehörigen. — VIII. Verordnung des Ministeriums des Innern vom 10. August 1897, Z. 23.382, betreffend die Matrizenauszüge ungarischer Staatsangehörigen. — IX. E. Seidl: Matrizenführung nach den in Österreich geltenden kirchlichen und staatlichen Gesetzen und Verordnungen. — X. Diöcesan-Nachrichten.

I.

Epistola encyclica Leonis PP. XIII. de memoria saeculari B. Petri Canisii.

VENERABILIBVS FRATRIBVS
ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS
AVSTRIAE GERMANIAE HELVETIORVM

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Militantis Ecclesiae suadet utilitas, non minus quam decus, ut quos excellens virtus ac pietas altius evexit ad gloriam triumphantis, eorum solemniter saepius memoria instauretur. Per has enim honoris significationes antiquae subit recordatio sanctitatis, opportuna illa quidem semper, infestis autem virtuti ac fidei temporibus saluberrima. Ac praesenti quoque anno divinae providentiae beneficio fit, ut de expleto saeculo tertio ab obitu *Petri Canisii*, viri sanctissimi, laetari Nobis liceat, nihil magis pensi habentibus quam ut iis artibus excitentur bonorum animi, quibus per eum virum tam feliciter christianae reipublicae consultum fuit. Refert enim praesens aetas similitudines quasdam eius temporis, in quod incidit Canisius, quum novarum rerum cupidinem et liberioris doctrinae cursum ingens iactura fidei sequeretur morumque perversitas. Utramque pestem, quum a ceteris omnibus, tum impensius a iuventute propulsandam curavit alter ille post Bonifacium Germaniae Apostolus, neque solum opportunis concionibus aut disputandi subtilitate, sed scholis praesertim institutis editisque optimis libris. Cuius praeclara exempla sequuti multi etiam de vestra gente impigri homines iisdemque usi armis contra genus hostium minime rude, nunquam destiterunt ad

religionis praesidium ac dignitatem, nobilissimas quasque disciplinas tueri, omnem honestarum artium cultum incenso animo persequi, libentibus ac probantibus Romanis Pontificibus, quibus solertissima semper cura fuit ut litterarum staret antiqua maiestas, et humanitas omnis nova in dies incrementa susciperet. Neque vos latet, Venerabiles Fratres, si quid Nobis ipsis maxime cordi fuit, id spectasse adolescentiam recte ac salubriter instituendam, cui rei certe, quantum licuit, ubicumque prospeximus. Nunc vero praesenti utimur occasione libenter, Petri Canisii strenui ducis exemplum ob oculos ponentes iis qui in Ecclesiae castris militant Christo, ut, quum secum reputaverint iustitiae armis arma consocianda esse doctrinae, causam religionis acrius tueri possint atque felicius.

Quanti negotii munus suscepit vir catholicae fidei retinentissimus, proposita sibi causâ rei sacrae et civilis, facile occurrit Germaniae faciem intuentibus sub initia rebellionis lutheranae. Immutatis moribus atque in dies magis collabentibus, facilis ad errorem aditus fuit; error autem ipse ruinam morum ultimam maturavit. Hinc sensim plures a catholica fide desciscere; mox pervagari malum virus provincias fere universas; tum omnis conditionis fortunaeque homines inficere, adeo ut multorum animis opinio insideret causam religionis in illo imperio ad extrema esse deductam, morboque curando vix quidquam superesse remedii. Atque actum plane de summis rebus erat, nisi praesenti ope Deus adstisset. Supererant quidem in Germania viri antiquae fidei, doctrina et religionis studio conspicui; supererant principes domus Bavaricae et Austriacae imprimisque rex romanorum Ferdinandus, eius nominis primus, quibus firmum erat rem catholicam totis viribus tueri atque defendere. At novum longeque validissimum periclitanti Germaniae subsidium addidit Deus, opportune natam ea tempestate Loyo-

laei Patris societatem, cui primus inter Germanos nomen dedit Petrus Canisius. — Huc profecto non attinet singula persequi de hoc viro eximiae sanctitatis; quo studio patriam dissidiis ac seditionibus laceratam curaverit ad animorum consensionem et veterem concordiam revocare, quo ardore cum erroris magistris in disputationis certamen venerit, quibus concionibus animos excitaverit, quas molestias tulerit, quot regiones peragravit, quam graves legationes fidei causâ suscepit. Verum, ut ad arma illa doctrinae animum referamus, quam ea constanter tractavit, quam apte, quam prudenter, quam opportune! Qui quum Messana reversus esset, quo se contulerat dicendi magister, mox sacris disciplinis tradendis in Coloniae, Ingoldstadii, Viennae Academiis egregiam operam dedit, in quibus regiam tenens viam probatorum scholae christianae doctorum, theologiae *scholasticae* magnitudinem Germanorum animis aperuit. A qua quum fidei hostes eo tempore summopere abhorrent, quod eâ catholica veritas fulciretur maxime, hanc scilicet studiorum rationem instaurandam curavit publice in lyceis atque in collegiis Societatis Iesu, quibus ipse excitandis tantum operae industriaeque contulerat. Neque eundem a sapientiae fastigio puduit ad litterarum initia descendere et pueros erudiendos suscipere, scriptis etiam in eorum usum litterariis libris atque grammaticis. Quemadmodum vero a principum aulis, ad quos orationes habuisset, saepe redibat concionaturus ad populum, ita, quum maiora scripsisset, sive de controversiis sive de moribus, componendis libellis manum admovebat, qui aut populi roborarent fidem, aut pietatem excitarent atque foverent. Mirum autem quantum in eam rem profuit, ne errorum laqueis imperiti caperentur, edita ab ipso catholicae doctrinae Summa, densum opus ac pressum, nitore latino excellens, Ecclesiae Patrum stylo non indignum. Huic praeclaro operi, quod in omnibus paene Europae regnis ingenti plausu a doctis exceptum est, mole cedunt, non utilitate, celebratissimi duo illi *catechismi*, in rudiorum usum a beato viro conscripti, alter imbuendis religione pueris, alter erudiendis ipsâ adolescentibus, qui in litterarum studio versarentur. Uterque, ubi primum editus est, tantam catholicorum iniit gratiam, ut omnium fere manibus tereretur qui christianae veritatis elementa traderent, neque in scholis tantum, veluti lac pueris sugendum, adhiberetur, sed publice in communem utilitatem explicaretur in templis. Quo factum est ut Canisius per annos tercentos communis catholicorum Germaniae magister habitus fuerit, utque in populari sermone duo haec plane idem sonarent, Canisium nosse ac veritatem christianam retinere.

Haec viri sanctissimi documenta ineundam bonis omnibus viam indicant satis. Novimus quidem, Venerabiles Fratres, hanc vestrae gentis laudem esse praeclaram, ut ingenio studiisque ad patrium decus pro-

vehendum, ad privata et publica commoda procuranda sapienter utamini ac felicissime. Verum interest plurimum, quidquid sapientum ac bonorum est inter vos, pro religione conniti strenue; ad ipsius ornamentum atque praesidium omne ingenii lumen, omnes litteraturae nervos referre; eodemque consilio quidquid ubique benevertat sive artis incremento sive doctrinae arripere statim et cognitione complecti. Etenim si fuit unquam aetas, quae, ad rei catholicae defensionem, doctrinae atque eruditionis copiam maxime postularet, ea profecto nostra aetas est, in qua celerior quidam ad omnem humanitatem cursus occasionem aliquando praebet impugnandae fidei christiani nominis hostibus. Pares igitur vires afferendae sunt ad horum impetum excipiendum; preoccupandus locus; extorquenda e manibus arma, quibus nituntur foedus omne inter divina et humana abrumpere. Catholicis viris ita animo comparatis atque uti decet instructis plane licebit re ipsa ostendere, fidem divinam, non modo a cultu humanitatis nullatenus abhorre, sed eius esse veluti culmen atque fastigium; eandem, in iis etiam quae longe dissita aut inter se repugnantia videantur, tam amice posse cum philosophia componi et consociari, ut altera alterius luce magis magisque collustretur: naturam, non hostem, sed comitem esse atque administram religionis; huius haustu non modo omnis generis cognitionem ditescere, sed plurimum roboris ac vitae litteris etiam ceterisque artibus provenire. Quantum autem sacris doctrinis ornamenti ac dignitatis accedat ex profanis ipsis disciplinis, facile intelligi potest cui hominum natura cognita sit, pronior ad ea, quae sensus iucunde permoveant. Quare apud gentes quae prae ceteris humanitate commendantur, vix ulla fiducia est rudi sapientiae, eaque negliguntur maxime a doctis, quae nullam speciem formamque praeseferant. *Sapientibus autem debitores sumus* non minus quam *insipientibus*, ita ut cum illis in acie stare, hos debeamus labantes erigere ac confirmare.

Atque hic sane campus Ecclesiae patuit latissime. Nam, ubi primum post diuturnas caedes rediit animus, quam fidem viri fortissimi sanguine obsignaverant, eandem doctissimi homines ingenio suo et scientia illustrarunt. In hanc laudem primum conspiravere Patres, iis quidem lacertis, ut fieri nihil posset valentius; voce autem plerumque erudita et romanis graecisque auribus digna. Quorum doctrinae eloquentiaeque quasi aculeis excitati complures deinde impetum omnem in sacrarum rerum studia coniecerunt, atque tam amplum christianae sapientiae quasi patrimonium collegerunt, in quo quavis aetate ceteris Ecclesiae homines invenirent unde aut veteres superstitiones evellerent, aut nova errorum portenta subverterent. Hanc vero uberem doctorum copiam nulla non aetas effudit, ne illa quidem excepta quum pulcherrima quaeque, barbarorum obnoxia rapinis, ad ne-

glectum atque oblivionem recidissent; ita ut si antiqua illa humanae mentis manusque miracula, si res quae olim apud romanos aut graecos summo in honore erant, non penitus excederunt, totum id acceptum Ecclesiae labori atque industriae sit referendum.

Quod si tantum religioni lumen accedit ex doctrinae studiis atque artium, profecto qui totos se in his collocarunt adhibeant opus est non modo cogitandi, verum etiam agendi solertiam, ne ipsorum solivaga cognitio et ieiuna videatur. Sua igitur docti studia ad christianae reipublicae utilitatem, privatumque otium ad commune negotium conferentes efficiant, ut sua ipsorum cognitio, non inchoata quodammodo videatur, sed cum rerum actione coniuncta. Haec autem actio in iuventute instituenda maxime cernitur; quae quidem tanti negotii res est, ut partem laboris et curarum postulet maximam. Quamobrem vos in primis vehementer hortamur, Venerabiles Fratres, ut scholis in fidei integritate retinendis, aut ad ipsam, si opus fuerit, revocandis sedulo advigiletis, sive quae a maioribus institutae, sive quae conditae recentius fuerunt, nec pueriles tantum, sed etiam quas medias et quas academicas vocant. Ceteri autem e vestris regionibus catholici id in primis nitantur atque efficiant, ut in institutione adolescentium sua parentibus, sua Ecclesiae iura sarta tectaque sint. — Qua in re haec potissimum curanda. Primum, ut catholici scholas, praesertim puerorum, non mixtas habeant, sed ubique proprias, magistrique deligantur optimi ac probatissimi. Plena enim periculi est ea disciplina, in qua aut corrupta sit, aut nulla religio, quod alterum in scholis, quas diximus mixtas saepe videmus contingere. Nec facile quisquam in animum inducat impune posse pietatem a doctrina sciungi. Etenim si nulla vitae pars, neque publicis neque privatis in rebus vacare officio religionis potest, multo minus arcenda ab eo officio est aetas et consilii expers, et ingenio fervida, et inter tot corruptelarum illecebras constituta. Igitur qui rerum cognitionem sic instituat, ut nihil habeat cum religione coniunctum, is germina ipsa pulchri honestique corrumpet, is non patriae praesidium, sed humani generis pestem ac perniciem parabit. Quid enim, Deo sublato, adolescentes poterit aut in officio retinere, aut iam a recta virtutis semita devios et in praerupta vitiorum praecipites revocare?

Necesse deinde est non modo certis horis doceri iuvenes religionem, sed reliquam institutionem omnem christianae pietatis sensus redolere. Id si desit, si sacer hic halitus non doctorum animos ac discentium pervadat foveatque, exiguae capientur ex qualibet doctrina utilitates; damna saepe consequentur haud exigua. Habent enim fere sua quaeque pericula disciplinae, eaque vitari vix ab adolescentibus poterunt, nisi fraena quaedam divina eorum

mentibus atque animis iniiciantur. Cavendum igitur maxime, ne illud, quod caput est, iustitiae cultus ac pietatis, secundas partes obtineat; ne constricta iuventus iis tantummodo rebus, quae sub oculos cadunt, omnes nervos virtutis elidat; ne dum praeceptores laboriosae doctrinae fastidia ferunt et syllabas apicesque rimantur, minime sint de vera illa sapientia solliciti, cuius *initium timor Domini*, et cuius praeceptis in omnes partes usus vitae conformari debet. Multarum igitur rerum cognitio adiunctam habeat excolendi animi curam; omnem autem disciplinam, quaevis denique ea sit, religio penitus informet ac dominetur, eademque maiestate sua ac suavitate ita percellat, ut in adolescentium animis quasi aculeos relinquat.

Quandoquidem vero id Ecclesiae semper propositum fuerit, ut omnia studiorum genera ad religiosam iuvenum institutionem maxime referrentur, necesse est huic disciplinae non modo suum esse locum, eumque praecipuum, sed magisterio tam gravi fungi neminem, qui non fuerit ad id muneris idoneus ipsius Ecclesiae iudicio et auctoritate probatus.

Verum non a puerorum tantum scholis postulat sua iura religio. Fuit tempus illud, quum legibus cuiusque Academiae, imprimisque Parisiensis, cautum erat, ut studia omnia ita se theologiae accomodarent, ut nemo iudicaretur ad sapientiae fastigium pervenisse, nisi eius disciplinae lauream adeptus. Augustalis autem aevi instaurator Leo decimus, ceterique ab illo Pontifices Decessores Nostri, romanum athenaeum aliasque studiorum, quas vocant, universitates, quum impia bella in religionem arderent, firmas velut arces esse voluere, ubi, ductu auspicioque christianae sapientiae, iuvenes docerentur. Eiusmodi studiorum ratio, quae Deo rebusque sacris primas deferebat, fructus tulit haud mediocres; certe illud effecit, ut sic instituti adolescentes melius in officio continerentur. Haec in vobis etiam fortuna iterabitur, si viribus omnibus contendetis, ut in scholis, quas medias vocant, in gymnasiis, lyceis, academiis sua religioni iura serventur. — Neque tamen id excidat unquam, consilia vel optima ad irritum cadere et inanem laborem suscipi, si animorum consensio desideretur atque in agendo concordia. Quid enim efficient bonorum divisae vires adversus coniunctum impetum hostium? Aut quid singulorum proderit virtus, ubi nulla sit communis disciplina? Quare vehementer hortamur, ut, remotis importunis controversiis partiumque contentione, quae facile animos dissociare possunt, de curando Ecclesiae bono omnes uno ore consentiant, collatis viribus in id unum conspirent ac eandem afferant voluntatem, *soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis*.¹

¹ Ad Eph. IV, 3.

Haec suavit ut moneremus sanctissimi hominis memoria et recordatio; cuius utinam praeclara exempla in animis haereant, excitentque eius amorem sapientiae, quae a curanda hominum salute et Ecclesiae dignitate tuenda nunquam recedat. Confidimus autem, vos, Venerabiles Fratres, quae vestra prae ceteris sollicitudo est, socios et consortes habituros gloriosi laboris e viris doctissimis quamplurimos. Sed rem nobilem, quasi in suo sinu positam, praestare ii poterunt maxime, quicumque praeclaro muneri instituendae iuventutis sunt Dei providentia praepositi. Qui, si illud meminerint, quod veteribus placuit, scientiam, quae remota sit ab iustitia, calliditatem potius quam sapientiam esse appellandam, aut melius, si animo defixerint quod Sacrae Litterae affirmant, *vani sunt... omnes homines, in quibus non subest scientia Dei*,¹ discent armis doctrinae non tam ad privata commoda uti, quam ad communem salutem. Fructus autem laboris industriaeque suae eosdem se laturos sperare poterunt, quos in suis olim collegiis atque institutis Petrus Canisius est consecutus, ut dociles ac morigeros experiantur adolescentes, honestis moribus ornatos, ab impiorum hominum exemplis longe

¹ Sap. XIII, 1.

abhorrentes, aequae de scientia ac de virtute sollicitos. Quorum in animis ubi pietas altius radices egerit, fere aberit metus ne opinionum pravitate inficiantur aut a pristina virtute deflectant. In his Ecclesia, in his civilis societas spem optimam reponet futuros aliquando egregios cives, quorum consilio, prudentia, doctrina, et rerum civilium ordo domesticae vitae tranquillitas possit salva consistere.

Quod reliquum est, Deo optimo maximo, qui est *scientiarum Dominus*, Eiusque Virgini matri, quae *Sedes sapientiae* appellatur, deprecatore adhibito Petro Canisio, qui doctrinae laude tam bene est de Ecclesia catholica meritus, preces adhibeamus, ut votorum quae pro ipsius Ecclesiae incremento ac pro bono iuventutis concepimus, fieri compotes liceat. Hac spe freti, vobis singulis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro universo, auspiciem caelestium munerum et paternae benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die I Augusti anno MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri vicesimo.

LEO PP. XIII.

II.

Wichtigkeit des christlichen Jugendunterrichtes und Verdienste des seligen Petrus Canisius um denselben.

„Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante?“ (Rom. 10, 14).

Wenn die Predigt des Evangeliums für Alle eine Nothwendigkeit ist, dann ist der christliche Unterricht für die heranwachsende Jugend noch besonders nöthig. Die Kinder sollen nämlich auch schon ein religiöses Leben führen, Gott erkennen, ihn lieben, ihm dienen, und deshalb müssen sie auch zur Erkenntnis, zur Liebe und zum Dienste Gottes angeleitet werden. Weiters wird durch eine frühzeitige religiöse Bildung ein fester Grund für das ganze Leben gelegt und die Richtung des Geistes meist für alle Zukunft entschieden. Ja die religiöse Erziehung muß bis zu jenem Zeitabschnitte, wo der Zögling die Schule verläßt, schon eine gewisse Solidität erreicht haben, weil von nun an die Zöglinge in die Welt hinaus müssen und dieselben sehr leicht der Gefahr der Verführung unterliegen werden, wenn ihre Lebensgrundsätze nicht gehörig befestigt sind.

Deshalb hat das hochheilige Concil von Trient im cap. 7 des deer. de ref. der 24. Sitzung angeordnet, daß die Kraft und Wirkung der heiligen Sacramente vor der Auspendung derselben von den Seelschirten den Gläubigen zu erklären sei.

In der 25. Sitzung ordnete das nämliche hochheilige Concil im Decrete „De indice librorum et catechismo, breviario et missali“ die Herausgabe eines Katechismus an: „Idemque de catechismo a patribus, quibus illud mandatum fuerat . . . fieri mandat.“

Dieser gewünschte Katechismus ist vom heiligen Papst Pius V. herausgegeben und im Jahre 1761 vom Papst Clemens XIII. in der Bulle vom 14. Juni Allen vorgeschrieben worden.

Der Eingang dieser wichtigen Bulle lautet: „In Dominico agro, cui excolendo, divina disponente Providentia, praesumus, nihil tam vigilantem curam et perseverantem requirit industriam, quam iacti boni seminis, Catholicae nimirum Doctrinae a Christo Iesu et ab Apostolis acceptae nobisque traditae, custodia, ne si pigro otio et inerti desidia negligatur, dormientibus operariis superseminet zizania; ex quo fiat, ut in die messis potius quam condenda in horreis inveniantur ea, quae urenda sint flammis.“

Ähnlich spricht sich der hl. Vater Papst Leo XIII. in seiner Constitutio VIII. Kal. Februar. 1896 aus, welche mit den Worten beginnt: „Officiorum ac munerum, quae diligentissime sanctissimeque servari in hoc apostolico fastigio

oportet, hoc caput atque haec summa est, assidue vigilare atque omni ope contendere, ut integritas fidei morumque christianorum ne quid detrimenti capiat.“

Eben darum feiert heuer die katholische Christenheit mit besonderer Freude das 300jährige Jubiläum des seligen Petrus Canisius, weil dieser so Großes für den so unentbehrlich nothwendigen, christlichen Jugendunterricht geleistet hat.

Geboren zu Rymwegen den 8. Mai 1521, studierte er zu Köln und wurde daselbst den 8. Mai 1543 in die Gesellschaft Jesu aufgenommen. Er suchte sodann durch eifriges Predigen dem Umsichgreifen der Reformation Einhalt zu thun. Nach Ingolstadt berufen, wirkte er daselbst an der Universität als Professor der Dogmatik und übernahm sodann im Jahre 1552 eine Lehrkanzel für die Theologie an der Universität in Wien.

Hier verfaßte Canisius, um den Protestanten gegenüber den katholischen Lehrbegriff genau zu präcisieren, seinen großen Katechismus unter dem Titel: „Summa doctrinae christianae, . . . Viennae 1554“, und etwas später für die Volksschulen zwei kleinere, aber umso bedeutendere Lehrbücher, den kleinsten 1556, und 1559 den mittleren Katechismus, die zu Ingolstadt erschienen.

Canisius reorganisierte im Auftrage des Königs Ferdinand die Wiener Universität und verwaltete durch zwei Jahre (1854 und 1855) auch die Diocese Wien.

Auf Böhmen erstreckte sich die Wirksamkeit des seligen Petrus Canisius ebenfalls, und ist derselbe im Frühjahr 1556 zum Provinzial in Prag bestellt worden. Die Collegien zu Prag, Augsburg, Dillingen, Ingolstadt, Innsbruck und zu Freiburg in der Schweiz, die unter ihm gegründet wurden, zeugen von der Größe seiner rastlosen Thätigkeit, der nur sein am 21. December 1597 zu Freiburg erfolgter Tod eine Grenze setzte. Er starb im 77. Jahre seines Alters und wurde am 21. November 1843 in Rom beatifiziert.

In Wien hat sich ein eigenes Festcomité der Canisius-Feier in Österreich constituirt, und hat dasselbe soeben nachstehenden Aufruf versendet:

„Am 21. December d. J. werden es dreihundert Jahre, seit der selige Petrus Canisius zu Freiburg in der Schweiz, „nachdem er für die Verherrlichung des göttlichen Namens und zum Heile der Seelen so vieles und so großes geleistet, nicht so sehr durch das hohe Alter, als vielmehr durch die langjährigen Mühen und Arbeiten gebrochen, sanft und selig im Herrn entschlief.“ *

Die Verdienste des Seligen für die Erhaltung und Förderung des wahren Glaubens im damaligen heiligen, römisch-deutschen Reiche sind bekannt. Auf allen größeren Kanzeln Deutschlands, am Rhein, an der Moldau und an der Donau

ist seine mächtige Stimme erklingen. In seinen gefürchteten Controversschriften bekämpfte er die neuen Irrlehren; in seinen zahlreichen übrigen Schriften und besonders in seinen Katechismen hat er auch nach seinem Tode nicht aufgehört, die katholische Wahrheit zu verkünden. Ganze Länderstriche verdanken seinem apostolischen Eifer und seinem mächtigen Einflusse geradezu die Erhaltung des Glaubens, und nicht mit Unrecht haben ihm schon seine Zeitgenossen den Ehrennamen eines „Apostels von Deutschland“ gegeben.

Wir katholischen Österreicher haben nicht minder Grund, den Seligen im besonderen auch einen „Apostel Österreichs“ zu nennen.

Er war es, der, von König Ferdinand nach Wien berufen, die der Kirche entfremdete Gelehrsamkeit mit dem alten Glauben neu belebte, durch seine großartige Missionsthätigkeit die im Volke vom Katholicismus Abgefallenen zu Tausenden bekehrte, Schulen gründete, und zur Zeit der Pest Wunder der Nächstenliebe an unseren Voreltern verrichtete. Hier in Österreich verfaßte er seinen berühmten Katechismus, jenes Werk, das die wirksamste Waffe zur geistigen Rückeroberung ganzer Länder für die heilige römische Kirche bildete.

Die Krone aber setzte er seiner Thätigkeit auf, da er, der demüthige Mann, die bischöfliche Würde ausschlug und nur aus Gehorsam die Verwaltung der Diocese Wien übernahm und in den Jahren 1554 und 1555 als Bisthumsverweser segensreich arbeitete.

Wie von Wien aus in den österreichischen Erblanden, ebenso eifrig wirkte Canisius in Böhmen und Tirol, und fachte bei seiner wiederholten Anwesenheit in diesen Ländern die einmal entzündeten Flammen des wahren heiligen Glaubens immer wieder neu an — wahrlich, ein Apostel Österreichs.

Daher hat es uns mit besonderer Freude erfüllt, als vom Grabe des seligen Canisius her der Ruf erklang, durch eine allgemeine Jubelfeier zu Ehren des Seligen eine große Dankeschuld gegen ihn und gegen Gott abzutragen, der ihn als Hort des Glaubens hingestellt hat.

So ergeht nun die Einladung an das katholische Volk Österreichs, hinzuwallen an das Grab des edlen Glaubenshelden, um seine Fürbitte zu ersuchen in dem schweren Kampfe, den das Christenthum auch in unserer Zeit auszukämpfen hat. — Mögen besonders die Väter, Erzieher und Lehrer dem Rufe folgen und im Namen des katholischen Österreich die Bitten für unsere Jugend zu den Füßen seines Apostels niederlegen.“

„Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates.“ (Dan. 12, 3).

Anmerkung. Das „Vaterland“ brachte in Nr. 240 vom 31. August 1897 die Nachricht, daß wegen eingetretener Hindernisse diese Wallfahrt für Österreich auf das Jahr 1898 verschoben worden ist.

* Seligsprechungs-Breve.

III.

Jahresbericht

über den Allgemeinen frommen Verein der christlichen Familien zu Ehren der hl. Familie von Nazareth.

Im verflossenen Vereinsjahre, d. i. vom 1. Juni 1896 bis Ende Mai 1897 sind abermals dem Allgemeinen frommen Vereine der christlichen Familien zu Ehren der hl. Familie von Nazareth aus 41 Pfarren 1662 Familien mit 8193 Mitgliedern zugewachsen.

Nachstehend folgt das Verzeichnis derselben:

Gams 25 Familien mit 157 Mitgliedern; Windisch-Landsberg 4 F., 45 M.; St. Veit bei Montpreis 261 F., 1457 M.; Rief 9 F., 57 M.; Gonobitz 58 F., 254 M.; Polstrau 36 F., 103 M.; Allerheiligen 6 F., 26 M.; St. Thomas bei Großsonntag 30 F., 142 M.; Saring 8 F., 38 M.; St. Wolfgang in W.-B. 20 F., 77 M.; Klein-sonntag 89 F., 375 M.; Kapellen 9 F., 32 M.; Hohenmanten 1 F., 9 M.; St. Bartholä in Rothwein 2 F., 9 M.; St. Marein 4 F., 11 M.; St. Veit bei Ponitz 2 F., 2 M.; Altenmarkt 7 F., 36 M.; Doberna 41 F., 193 M.; St. Martin im Rosenthal 7 F., 42 M.; Sternstein 112 F., 624 M.; Oberburg 3 F., 14 M.; St. Xaveri 4 F., 36 M.; Laufen 7 F., 24 M.; St. Martin bei Oberburg 4 F., 29 M.;

St. Margarethen bei Pettau 22 F., 119 M.; St. Martin bei Wurmberg 41 F., 291 M.; Polensak 202 F., 988 M.; Hl. Kreuz bei Sauerbrunn 143 F., 800 M.; Saldenhofen 4 F., 22 M.; Trofin 64 F., 424 M.; Reifnitz 12 F., 52 M.; Skalis 8 F., 29 M.; Oberponitz 37 F., 213 M.; Tüffer 16 F., 51 M.; Dol 69 F., 333 M.; Trifail 43 F., 191 M.; Videm 29 F., 131 M.; Rann 111 F., 510 M.; Artice 33 F., 181 M.; Kopreinitz 10 F., 48 M.; Zabukovje 59 F., 313 M.

Der Verein zählt demnach seit seinem Bestande 23.907 Familien mit 119.823 Mitgliedern. Die seit dem 1. Juni l. J. angemeldeten Familien und Mitglieder werden im nächsten Jahresberichte ausgewiesen werden.

Möge der fromme Verein auch im kommenden Vereinsjahre die größtmögliche Verbreitung in der Diöcese erfahren. Die Mitglieder-Verzeichnisse wollen von den Pfarrämtern bis Mitte Mai des kommenden Jahres anher eingesendet werden.

IV.

Einführung der neuen Katechismen.

Mit Beziehung auf die Genehmigung des neuen Katechismus seitens aller österreichischen Bischöfe vom 9. April 1894, und begutachtend auf den Erlass des hohen k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 2. Juni 1897 Z. 13183, welcher diesen Katechismus als Schulbuch für zulässig erklärt, werden die Herren Katecheten hiemit beauftragt, bei Schülern,

die noch keinen Katechismus benützt haben, mit dem Schuljahre 1897/98 diesen neuen Katechismus einzuführen; dagegen ist bei Schülern, welche den catechetischen Unterricht schon auf Grundlage der alten Katechismen erhalten haben, dieser Unterricht an der Hand dieser Katechismen fortzusetzen und zu Ende zu führen.

V.

Erlass der k. k. Statthalterei,

betreffend das Absperren der Kirchenthüren während der Abhaltung von gottesdienstlichen Feierlichkeiten.

Die hochlöbliche k. k. Statthalterei hat unter dem 31. Juli 1897, Z. 15.946 Nachstehendes anher eröffnet:

„Es ist zur hieramtlichen Kenntniss gelangt, daß in manchen Pfarren die Gepflogenheit besteht, die Kirchenthüren während der Abhaltung von gottesdienstlichen Feierlichkeiten, besonders auch während der heiligen Firmung abzusperrern.

Da durch eine derartige Abschließung der Gotteshäuser für die in denselben anwesenden Personen eine nicht zu unterschätzende Gefahr herbeigeführt werden kann, welche um so bedenklicher erscheinen muß, als die meisten Kirchenthüren nach innen aufgehen, wird das hochwürdige fürstbischöfliche Ordinariat ersucht, gefällig dahin wirken zu wollen, daß durch Schließung der Kirchenthüren die Sicherheit der Kirchenbesucher

nicht gefährdet und Sorge getragen werde, daß die Kirchthüren nach außen geöffnet werden können.“

Hievon wird die hochwürdige Seelsorgegeistlichkeit zur Darnachachtung in Kenntniz gesetzt.

VI.

Weisung,

betreffend die Anzeige der minderjährigen unehelichen Kinder an die vormundschaftlichen Gerichte.

Die hochtöbliche k. k. Statthalterei hat unter dem 26. August 1897 Z. 21.252 diesbezüglich Nachstehendes anher eröffnet:

„Das hohe k. k. Ministerium des Innern hat laut Erlasses vom 7. Juli l. J. Z. 38.648 ex 1895 im Einvernehmen mit dem hohen k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht anzuordnen gefunden, daß die in den Geburtsmatriken hinsichtlich minderjähriger unehelicher Kinder vorgenommenen Legitimationsvorschriften den vormundschaftlichen Gerichten mitgetheilt werden.

Diese Verständigung hat, wenn die bezügliche Matriken-eintragung von dem Matrikenführer im eigenen Wirkungsfreie vorgenommen wurde, unmittelbar durch diesen selbst, in jenen Fällen jedoch, in welchen die Intervention der politischen Behörde eintrat, durch die letztere zu erfolgen.

Hievon wird das hochwürdige F.-B. Ordinariat mit dem Ersuchen in Kenntniz gesetzt, die Matrikenführer der wohldortigen Diöcese hierüber gefälligst zu verständigen.“

Hievon werden die Herren Matrikenführer zur Benennungswissenschaft in die Kenntniz gesetzt.

VII.

Erlaß der k. k. Statthalterei,

betreffend die Todtenscheine der belgischen Staatsangehörigen.

Die hochtöbliche k. k. Statthalterei hat unterm 20. August 1897 Z. 24.922 betreffend die Todtenscheine der belgischen Staatsangehörigen Nachstehendes eröffnet:

„Laut Erlasses des hohen k. k. Ministeriums des Innern vom 4. August 1897 Z. 23.882, wurde die Wahrnehmung gemacht, daß seitens der politischen Landesbehörden Todtenscheine von in Österreich verstorbenen, belgischen Staatsangehörigen nur sehr selten in Vorlage gebracht werden.

Dies läßt vermuthen, daß die Ministerial-Verordnung vom 5. Juni 1871, R.-G.-Bl. Nr. 53, betreffend die Uebereinkunft zwischen der österreichischen und belgischen Regierung wegen gegenseitiger Uebermittlung der Todtenscheine der beiderseitigen Staatsangehörigen, bei den Matrikenführern in Vergeßheit gerathen ist.

Hievon wird dem hochwürdigen fürstbischöflichen Ordinariate mit Beziehung auf das hieramtliche Schreiben vom 27. Juni 1871 Zl. 7086 mit dem Ersuchen die Mittheilung gemacht, die genaue Befolgung der Bestimmungen der hohen k. k. Minist.-Verordnung vom 5. Juni 1871 R.-G.-Bl. Nr. 53 gefälligst zu veranlassen.

Die politischen Unterbehörden werden hievon gleichzeitig zur Darnachachtung in die Kenntniz gesetzt.“

Hievon werden die wohllehrwürdigen F.-B. Matriken-Vorstellungen mit Rücksicht auf den hieramtlichen Erlaß vom 19. Juli 1871, Kirchliches Verordnungs-Blatt VI, 1871, I zur genauen Darnachachtung hiemit verständigt.

VIII.

Verordnung des Ministeriums des Innern vom 10. August 1897, Z. 25.382

betreffend die Matrikenauszüge ungarischer Staatsangehörigen.

In Ergänzung der Verordnung der Ministerien des Innern und für Cultus und Unterricht vom 6. August 1896¹, des Erlasses der k. k. Statthalterei vom 24. August 1896², Z. 24.549 und des Erlasses des Ministeriums des Innern vom

25. November 1896¹, Z. 39.131, hat die hochtöbliche k. k. Statthalterei mit Erlaß vom 1. September 1897, Z. 25.378 eine neuerliche Weisung des Ministeriums des Innern betreffend die Matrikenauszüge ungarischer Staatsangehörigen anher eröffnet, welche lautet:

¹ Siehe „Kirchliches Verordnungsblatt“ Nr. VI, S. 22 ex 1896.

² Siehe „Kirchliches Verordnungsblatt“ Nr. VII, S. 6 ex 1896.

¹ Siehe „Kirchliches Verordnungsblatt“ Nr. II S. 25 ex 1897.

„Das hohe k. k. Ministerium des Innern hat mit dem Erlasse vom 10. August 1897, Z. 25.382, angeordnet, daß seitens der Matrikenführer in den von ihnen ausgefertigten Matrikenauszügen ungarischer Staatsangehörigen außer der

ungarischen Zuständigkeitsgemeinde, wenn thunlich, auch das Comitatus, in welchem dieselbe gelegen ist, angeführt werde.“

Vorstehender Erlaß wird den hochwürdigen Herren Matrikenführern zur genauen Befolgung hiemit mitgetheilt.

IX.

Matrikenführung

nach den in Österreich geltenden kirchlichen und staatlichen Gesetzen und Verordnungen. Verfaßt von Carl Seidl, Domcapitular an der Metropolitankirche zu St. Stephan in Wien. Dritte, vermehrte und verbesserte Auflage. Wien 1897. Manz'sche Verlags-handlung I. Kohlmarkt 20.

Die bestehenden Matrikenvorschriften sind sehr zahlreich und in staatlicher Beziehung hat sich im Laufe der letzten zwanzig Jahre wieder so manches geändert. Die über die Matrikenführung handelnden Leitfäden sind infolgedessen zum großen Theile veraltet und, insbesondere für den jüngeren Seelsorger unbrauchbar geworden. Es hat sich also das Bedürfnis nach einer systematischen Zusammenstellung aller, derzeit in Geltung stehenden Matriken-Vorschriften geltend gemacht,

und diesem Bedürfnisse ist durch des hochwürdigen Canonikus Carl Seidl „Matrikenführung“ in recht befriedigender Weise Rechnung getragen worden.

Die vorliegende dritte Auflage enthält viele Verbesserungen und Ergänzungen, namentlich die seither erlassenen, durch die Einführung der obligatorischen Civilehe in Ungarn nothwendig gewordenen neuen Erlasse bezüglich der Eheschließungen ungarischer Staatsangehörigen in Österreich.

X.

Diöcesan-Nachrichten.

Ernannt wurde zum F. B. Lavanter Geistlichen Rath Herr Matthäus Slekovec, Pfarrer in St. Marxen unter Pettau.

Angestellt als Kaplanen wurden die absolvierten Herren Theologen:

Matthias Eferl in St. Ruprecht ob Tüßler, Josef Erker in Greis, Franz Gartner in Polstrau, Josef Musi in Altenmarkt und Anton Sorn in Maria Schnee in Wölling.

F. B. Lavanter Ordinariat in Marburg,

am 1. September 1897.

† Michael,
Fürstbischof.